

DE DIEBUS FESTIS

ex Senecae epistula XVIII ad Lucilium

Felīcia Sāturnālia! Omnes fruuntur hīs diēbus: ambulant, vīnum bibunt, domōs suās ḍornant. Fortasse vultis scīre, quid philosophī dē diēbus fēstīs cōgitāverint? Ecce fragmentum ex epistulā Senecae (Sēn. Ep. XVIII. 1-4) exceptum, quod monet, nē officium nostrum neque mōrēs oblīvīscāminī!

Sāturnālia sunt diēs fēstī Rōmānōrum, quī ā.d. XIV Kalendās Iānuāriās et diēbus sequentibus celebrābantur. Iīs diēbus rēx Sāturnus, quī optimus omnium rēgum fuisse dīcitur, commemorātur.

December est mēnsis, cum maximē cīvitās sūdat. Iūs cīvitās, ātis f< cīvis



luxuria pūblicē datum est;
ingentī apparātū sonant
omnia, tamquam
quicquam inter Sāturnālia
intersit et diēs rērum



fēmina sūdat
pūblicē < pūblicus
luxuria, ae f< luxus (= vīta nimis magnifica)
apparātus, ūs m< apparāre = parāre



ingentī apparātū
sonant omnia

quicquam = quidquam
diēs rērum agendārum = diēs cotīdiānus (< cotīdiē), solitus
adeō ... ut = tam valde, ita ... ut
errāsse = errāvisse

agendārum; adeō nihil interest ut nōn videātur mihi
errāsse quī dīxit oīlim mēnsem Decembrem fuisse, nunc
annum.

Sī tē hīc habērem, libenter tēcum cōnferrem quid
exīstimārēs esse faciendum, utrum nihil ex cotīdiānā
cōnsuētūdine movendum an, nē dissīdere vidērēmur cum

tē = Lūciliū
cōnferre = loquī

consuetudo, inis f= quod fierī solet, mōs
dissīdere = disiungere, procul esse

pūblicīs mōribus, et hilarius cēnandum et exuendam
 togam. Nam quod fierī nisi in tumultū et trīstī tempore
 cīvitātis nōn solēbat, voluptātis causā ac fēstōrum diērum
 vestem mūtāvimus.

hilaris, ē = laetus
 exuere ↔ induere

Sī tē bene nōvī, arbitrī partibus fūnctus nec per omnia nōs
 similēs esse pilleātae turbae voluissēs nec per omnia
 dissimilēs; nisi forte hīs maximē diēbus animō
 imperandum est, ut tunc voluptātibus sōlus abstineat cum
 in illās omnis turba prōcubuit; certissimum enim
 argūmentum firmitātis suaē capit, sī ad blanda et in
 luxuriam trahentia nec it nec abdūcitur.

trīstī tempore cīvitātis: e.g. *tempore belli*,
morbi
 nisi ... nōn = sōlum
 voluptās, ātis f= quod dēlectat, rēs iūcunda
 festus, a, um: dies f. = diēs ōtiōsus quō dī
 adōrantur
 vestem mūtāvimus *ad diēm fēstum*



arbiter = quī ius dicit

arbitrī partibus fūnctus = cūrās mōrēs
 atque lēgēs; fungor officiō arbitrī
 per omnia = in omnibus rēbus
 turba pilleāta = grex hominum,
 quī gerunt pilleōs (= petasōs fēstōs, quī
 Sāturnālibus gerēbantur)
 sōlus animō



prō-cumbere = cadere, lābī
 firmitās < firmus (= dūrus, fortis)
 argūmentum = quod vērum dēmōnstrat
 blandus, a, um = dulcis, laudans



homō vomitat

Hoc multō fortius est, ēbriō ac vomitante populō siccum
 ac sōbrium esse, illud temperantius, nōn excerpere sē nec
 īsignīre nec miscērī omnibus et eadem sed nōn eōdem
 modo facere; licet enim sine luxuriā agere fēstum diēm.

sōbrius, a, um ↔ ebrius
 temperāns = abstinentis
 ex-cerpō, cerpsī, cerptum < carpere
 īsignīre = signis notāre; sē īsignīre =
 ēminēre
 miscēre + abl/dat
 eadem rem sed nōn eōdem modo